sui per quem constabat manifeste, quod castellani sive officiati dic-
tarum ville et castri de mandato ipsius successoris eidem Adol-
pho iuramenta prestiterant de dictis possessionibus ecclesie
post obitum successoris eidem domino Adolpho assignandis, et quod
in illis ipse sibi retinuerat obligationem usque ad solutionem
certe quantitatis pecunie, que quidem pecunie, que quidem
pecunia post patrui sui obitum fuit etiam persoluta.

Engelbertus ~~secundus~~. tercius

78
Quinquagesimo nono loco translatus est de ecclesia Leodi-
~~ensi~~ ensi ad ecclesiam Coloniensem venerabilis presul domi-
nus Engelbertus III ~~secundus~~, sedens sub imperio Karoli IV ~~quarti~~
Romanorum Imperatoris annis 4 ~~quatuor~~, mensibus 4 ~~quatuor~~,
et diebus 20. b) Iste de domo comitum de Marka originem ducens, patruus
videlicet Adolphi regnantis supradicti, prius erat epis-
copus Leodiensis; quam quidem ecclesiam Leodiensem
ipse pene per viginti annos strenue et laudabiliter
administravit. Tandem resignatione facta per consangui-
neum suum dominum Adolphum, dominus ~~dictus~~ Urbanus papa quintus
eundem transtulit ad ecclesiam Coloniensem; virum
quidem mature etatis, et fama ac probitate in regimine
Leodiensis ecclesie plurimum gloriosum. Qui ob spem
recuperande salutis Coloniensis ecclesie, quae a tempore
domini Wilhelmi quondam archiepiscopi usque ad hec
tempora multis pressuris et incommodis subiacu-
erat, cum omnium gaudio, tam de clero quam de populo
vicino fuit ~~effectu~~ affectu susceptus. Verum quia dei occulto
iudicio Coloniensis ecclesie opprobrium nondum fuit
~~examinatorum~~ exinanitum, sed super fuerat, ut de fece
eiusdem biberent peccatores; votivis contraria successe-
runt. Nam cum idem ~~dictus~~ dominus Engelbertus propter ~~expensas~~
~~apud romanam curiam~~ preterita mala, et nunc in nova
sua translatione propter expensas apud Romanam
curiam imminentes, invenisset ecclesiam necessariis
rebus omnino exhaustam, surgentibus quoque circa
principium sui regiminis pluribus sibi guerris,
compulsus est de alieno ere necessitatibus ecclesie subvenire.
~~venire~~; Propterquod ~~plures~~ plura prioribus debitis cumulans,
ipse castra et fortalicia ecclesie et possessiones, quaecum-
que superfuerant libera, in creditorum manibus obli-

b) et d. 20 desunt 1